



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Cocorum labores præcipui ut prandia Cœnæ convivia.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

242      Pars secunda de elevatione  
Horeb. 3. Reg. 19. Applica ad panem Euchati-  
sticum usque ad transiitum in eternitatem nos  
confortantem. *Ego sum panis vite, qui venit  
ad me, non esuriet.* Joan. 6. *Panis, quem ego  
dabo, caro mea est pro mundi vita.* Ibid. *Beatus  
qui manducabit panem in regno Dei.* Luc. 14.  
*Lazarus cupiens saturari de muis, quae cadebant  
de mensa divitis, portatus ab Angelis in finum  
Abraha, dives sepultus in inferno.* Luc. 10.

*Cocorum labores pricipui ut prandia Cen-  
convivia.*

**N**on potestis mensa Domini participes fieri, &  
mense Demoniorum. 1. Cor. 10. Paristi  
in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribu-  
lant me. Ps. 22. Hoc æger viaticum accipiens  
cogitet. *Dispono vobis, ut edatis & bibatis super  
mensam meam in regno meo.* Luc. 22. *Daniel  
serve Dei tolle prandium, quod misit tibi Deus.*  
*Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti dilu-  
gentes te.* Dan. 14. *Beati, qui ad Cenam Na-  
ptiarum Agni vocati sunt.* Apoc. 19. *Convenien-  
tibus vobis in unum, jam non est Dominicam Ce-  
nam manducare.* Et alius quidem esurit, alius  
autem ebrius est. 1. Cor. 11. *Agape olim vo-  
cantur convivia Christianorum, in quibus pa-  
peres ditiorum ære simul cibabantur, & Episco-  
pi habebant semper hospites, advenas, paupe-  
res.* Vidi Anno 1737. Romæ in Sacello S.  
Gregorii, & ejusdem nominis Abbatia men-  
sam lapideam, in qua hic Sanctus indies pasce-  
bat

bat duodecim pauperes , mensæ incisum erat  
distichon sequens :

*Bis senos hic Gregorius pascebat egenos,  
Angelus & decimus tertius accubuit.*

Si pateris , ut Angelus sit decimus tertius con-  
viva non homo mortalis , vana superstitione du-  
ceris ; quod intra annum unus ex tali numero  
moriturus sit . An non facilius moreretur ali-  
quis ? aut etiam Judas inter illos esset ? si v. g.  
convivæ essent viginti . Utinam magis practicè  
crederetur Evangelio , quam superstitiosis ejus-  
modi placitis . Cum facis convivium , voca pau-  
peres , debiles , claudos & cacos , & beatus eris ,  
quia non habent retribuere tibi . Retribuetur enim  
tibi in resurrectione justorum . Luc. 14. Quando  
scilicet dicitur : *Esurivi , & dedistis mihi man-  
ducare , &c.* Matth. 25. *Homo quidam fecit cæ-  
nam magnam , & vocavit multis.* Excusarunt  
le invitati tum ob ductam uxorem , tum ob vil-  
lam , & boves emptos , & repræsentant negli-  
gentes cælum ob temporalia . Et hinc asseverat  
Christus , dico vobis , quod nemo virorum illorum ,  
qui vocati sunt , gustabunt cœnam meam . Luc.  
14. Euntes parate nobis Pascha , ut manducemus .  
Ostendet vobis cœnaculum magnum stratum , &  
ibi parate . Luc. 22. Multi ab Oriente & Occi-  
dente venient , & recumbent cum Abraham , Isaac ,  
& Jacob in regno calorum . Filii autem regni ejus-  
cidentur in tenebras exteriores . Matth 8. Vnde dan-  
nandis Christianis , Religiosis , Sacerdotibus .

*Fecit grande convivium cunctis Principibus .  
Vinum quoque magnificentia Regia dignum erat*